

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Programma Quo Ad Solemnia Jesu Christi Salvatoris Natalitia. Devota & grata
memoria re colenda. Cives Academici invitantur Propositum. Rectore Johanne
Quistorpio, S. S. Theol. D. & P.P. eiusdemq[ue] Facultatis Theologicae Seniore**

Rostochii: Kilius, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607989>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1630

1) Jacob Fabricius

2) Georg Darsenius

3) Jacob Fabricius (Supr.)

4) Joachim Quistorp



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734607989/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607989/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
AD SOLEMNIA
**JESU CHRI-
STI SALVATO-
RIS NATALITIA.**

*Devotâ & gratâ memoriâ re-
colenda.*

Cives Academici invitantur
Propositorum.

RECTORE
JOHANNE QUSTORPIO,
S. S. Theol. D. & P. P. ejusdemq; Facul-
tatis Theologicæ Seniore.



ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVI.

I Gentiles olim, Cimmeriis Ignorantes immersi tenebris, verumq; Numerus ignorantes, solius Natura instinctu, Deorum suorum Nasales solemnes habuerunt, varijsq; festivitatibus celebrarunt: Si Romani Natalemlirbis Roma remeantem, quot annis sacro & solemni ritu, sacrificiis, & libaminibus Diis tutelaribus oblatis, leti & ovantes exceperunt & peregerunt: Si Epicuri familiares, qui in voluptate corporis summum felicitatis humana ponebat apicem, vicesimus cujusq; mensis diem, Praeceptoris suo consecrarentur, quod eo die vietales luminis auroras primum hauisse videretur, cuq; in annulis, in poculis, ac passim in Tricliniis expresserunt, ut ob oculos semper versaretur, cuius nunquam animo suo excidere memoriam volebant: Si etiam Principes recens in lucem editos, honestate & Civilitate sic suadente, communi letitiâ excipiunt omnes, quos eorum tangit & concernit Nativitas: Quanto magis & rectius nobis convenit & incumbit Christianis, diem hodiernum niveo signare lapillo, inter auspiciatissimos & exoptatissimos numerare, festivisq; honoribus exornare ac concelebrare, qui non Deae tri alicujus fictiis, non urbis aut patriæ condita, non Praeceptoris aut Principis alicujus secularis & mortalis: sed Dei veri summi & eterni, totius orbis renati & redempti, Regis Regum, & Domini Dominantium, ac Doctoris & Magistri nostri unici, in quo sapientia omnes thesauri reconditi latent, Natalem exoptatissimum reddire ac reducit: quanto magis nos ellius diei memoriam recolere decet, qui ortum Servatori & spiritatori nostro felicibus auspiciis dexit, quo spes bona perditum humano generi resulgere, justitia & pax aufugiens postolimino redire, Salus reviviscere, resq; mortalium misera in pristinum locari cuperunt. Nulla certè vidit etas praterita, aut sequens visura unquam est diem hodierno similem, tam singulareiter mirabilem, & mirabiliter singularem, tam plenum & abund-

bundantem mysterium, divitius et donis præclarissimis; tam ubi
rem præbentem latandi et exultandi materiam; quare et iure
meretur optimo, ut iugi recordatione intimis reponatur sensi-
bus, nec piorum unquam elabatur animis, qui ingratæ mentis ex-
osissimum nomen impensè detestantur et refugiunt. Quapro-
pter ut hoc, quod pieas, officiū Christiani, præsensq; adeo tempus
postulat, agamus, honore debito et cultu devoto ut, par est, Na-
talem servatoris nostri prosequamur. Hic autem non consistit,
ut sibi singunt plurimi, in vestium ornata varietate, sumptuosis
comensationibus, et luxuriosâ ebrietate, qua cum hujus pueri
mansuetudine et inopia quasi adversâ fronte pugnant: sed in
piis meditationibus, et bonorum operum exercitiis, ut nobis ob
oculos hodiè statuamus, et in memoriam revocemus festivita-
tis hodierna sublimitatem et dignitatem, misericordia et a-
moris divini immensitatem, beneficiorum multitudinem et
gravitatem, nosq; ad grata mentis et lingue officia mutuo
exhortemur. Condigne igitur sacrum Domini nostri Genethla-
cum celebratur, mentem et cogitationem nostram excitare de-
cer, ad summa illa, quæ se hic offerunt miracula et mysteria;
quæ tanta et tam varia sunt, ut nemo unquam satis ea depra-
dicaturus sit, centum licet linguis loquatur.

Insinuant illi se se licet omnia mentis

Semina, tota illi se se licet ipsa recludant

Murmura linguarum, quæcunq; liquenibus auris

Concipiunt faciles bargi accentibus ortus.

Flacce scit hic acies subtilitatis nostra, cœcutit intellectus, ad o-
mnia illa mysteria, quæ in Nativitate Christi concurrunt, nō ali-
ter, quam ad solis iubar oculus noctua: Nihil hic vulgare,
vel medicore, sed omnia maxima et summa ὑπερ λόγον, ὑπερ
νύν, ὑπερ καταληψιν. Hodiè qui natus nondum, olim erat, qui
natalem suum pariter et tempus antevertit, in tempore
et seculo nascitur, et esse incipi; olim, genitus, non na-
tus, nunc natus et non genitus; αμήτω in cœlis, απάτω in

terris. Hodie cum hominibus Deus, cælum cum terra, mortales cum æternitate conjuguntur, quia cum Divinitate jungitur humanitas. Filius Dei, filius fit hominis, ita ut nec Deitati aliquid decedat, quam conservat, nec humanitati defit, quam adsumit. Manet totus Deus, manet totius homo: in quo cum sit totus Deus, totum tamen non est Deus, quia est & homo: & cum totus sit homo, totum in eodem non est homo, quia idem est Deus. Hodie qui sine corpore erat, corpus induit, qui aspici, non poterat, aspicitur, qui tangi non poterat, tangitur. Hodie natus est, qui matre esset junior: Datus quo nec pater esset antiquior, natus qui sentiret occasum, datus qui nesciret exordium. Hodie natura iura mutantur. Virgo sine concupiscentia & virili semine concepit; parit, sine materna ac virginalis integratatis iniuria, facunditas non sustulit virginitatem, nec virginitas impedivit facunditatem. Sicut sine corruptione sui sicut emittit radius, sic abs lajone sui virgo edidit filium, nec radius sideris suis minuit claritatem, nec virginis filius matris integratatem. Mater innupta ventris sui partum miratur, videt se parentem suum mater, autorem suum & naturam, creaturam, Dominum ancilla, regem pauper & contempta peperisse: videt & miratur edidisse se ex ventre, quem pariter nobiscum adoraverat in cælis. Hodie pauper & in stabulo nascitur, cui parere orbis & æther, qui totius universi possidet divitias: portacur manibus famineis, portator orbis, sugit ubera, regens sidera, lacteum Mariæ haurit nectar, & ad nostrum instar pascitur, qui pascit universa; cuius cuncta bibunt fontibus, ecce sedit. Quis similia vel fando accepit? vel in Historiis apud Annalium Conditoris legit vel notavit? Magnis quidem & multis miraculis Veteris Testamenti claruere tempora, quæ Patres nostri vivendo attigerunt & oculis suis usurparunt. Cælum illis manna cœlestis, escas angelicas pluit, cantes durissima dulcissimo sūdavit & stillavit liquores, fluvius Jordanis utring in tumultu assurgens & murorum instar confisters populum Iraeliticum sicco pede transmisit: Sol ad preces sanctorum virorum rapidis-

sumum cursum fitit, imo contra naturam retrocessit, & emer-
sum iter remensis est; ferrum gravissimum prater annaram
vum & indolem aquis innatavit. Sed nullis seculis unquam vi-
sum vel auditum est, filium unigenitum altissimi, quem tremen-
tes angelorum adorant & venerantur potestates, adsumptâ hu-
mana contemptibili naturâ de mortali homine, hominum da-
mnaturum commodo nasci. Admirationem de hinc non mino-
rem meretur summa illa misericordia, & ferventissimus ille a-
mor Filii Dei, qui causam dedit tam stupenda & miraculosa
Nativitati, qui permovit, ut relicto throno gloria, & sinn pa-
tris in quo sedebat, in terram Christus descendere, & non tan-
tam ad hominem, sed ad primam utq. hominis createm se demit-
teret, gloriâ abiiceret, & miserâ & paupertate extremâ com-
mutaret. Nostra nulla extabant merita, quibus favor, vel gra-
tia ulla, non dicam tam eximia deberi videbatur. Omnes nos è
vis præceptorum diuinorum declinantes, in precipitia vitorum
proni rubeamus, laqueis peccatorum irretiti, & illecebris carnis
corruptricis capti ad malitiam omnē ducebamus, conclamata
jam erant omnia, parata jam erant prævaricatoribus merita
& digna supplicia: supra hos acuebat gladium irritata justitia
divina, & ira omnipotentiis fomite peccatorum nostrorum suc-
censa ignes, flamasq. spirabat: Lex severa graviter detona-
bat, & mala pessima desuper minabatur. At ergo, mors immi-
nebat, lethifera cervici intentans spicula. A fronte Demon
terrebat specie truculentâ & horribili, omnisq. generis tormenta
in perditos promebat. Infra jam sumabant flamina Tarta-
rea scelerum nostrorum ultricia, Orcus ipse distensio & patulo
richtu, quos voraret, avide expectabat. Qui bic remedium vel
auxilium ferre posset, nullus inveneratur, non angelus, non ulla
creatura, non totus orbis collatis viribus tam presentissimo exi-
tio miseros eripere valebat. At hic Immanuel noster benignis-
simus miseram mortalium & cruminabilem sortem misertus,
de celo in terram descendit, fragili & servili carnis

schema velatur in semirutâ, venterumq; flatibus per viâ casâ
nascitur, sanctâq; nativitate suâ, & subsecutâ cruentâ passione
& morte, fulminantem justitie Divina ensem comprehendit,
cladem prohibet, ardentes in exitiu nostrum ira divine facies
extinguit, legi perfectâ obedientia faciens, horribiles illius
minas, & sœva tonitrua in nostru vibrata caput tollit & aver-
rit, mortis spicula retundit, peccatis vim & robur aufert, fau-
ces inferni obstruit. Sathan a rabiem & furorem comprimit &
coercet, nosq; omnes infernali latroni, cœlesti & validâ manu
eripit, aeternaq; civitatis cives & sempiterna gloria cohæredes
scribit & efficit. O ineffabilem hunc J E S U S U nostri amorem!
O favorem & benignitatem inenarrabilem! O humilitatem
nullis non depradicandam seculis! Olim ad imaginem Dei fa-
ctus erat homo, nunc hominis imaginem adsumit Deus: olim
formaverat Deus hominem e gleba terra, nunc illius causa ipse
factus est, quod fecerat, ne quod fecerat, interiret. Magnis mul-
tiq; depradicantur encomijs in Historiâ Veteri, Philenorū fra-
trum in Carthaginenses, Codri in Athenienses, Deciorum &
Curtij in Romanos merita & beneficia, sed si illa committere ve-
linimus, cum illis qua filius Dei homo natus, in nos mortales con-
culit, vilescent, & exigua, imò pœnè nulla videbuntur. Illi ho-
mines hominibus, aequales aequalib; tribules contribulibus, vir-
tute & labore suo profuerunt: hic Deus hominibus, immor-
alis mortalibus, infiniti finitis, omnipotens impotencibus auxi-
lio venit. Illi amicos & officios sibi devictos, ex amicitia &
ta-
lioni lege paria facientes, amore mutuo complexi sunt, & pro-
viribus iuverunt: Christus ad peculantes legum suorū trans-
gressores, inimicos, supplicis aeternis addictos, favorem & amo-
rem flexit: Christus homines, perduelles, hostes, desertores &
transfugas nequissimos, à se desciscentes, & in impia Diabolo-
rum castra se penetrantes amavit, anxie requisivit, benignis-
sime ad se iterum invitavit, & venientes amabilissimo ample-
xu exceperit, illi vel pericula ad exiguum tempus duratura ciuitâ
suerunt

suorum cervicibus depulerunt, vel aliquot iugerum adjectione eos bearunt: Christus nos aeternis extraxit miseriis, & regni caelestis hereditatem, & universas divitias nobis acquisivit.

Hinc deniq^z utilitatem Nativitatis Iesuli nostri estimare licet. Omnia n. illa, quæ secum vehit bona, nostra sunt. Nobis datus est, quicquid misericordia & molestia in corpore pertulit, nostri causa pertulit, sibi malum esse voluit. ut nobis aeternum bene esset Filiu Dei homo factus est, ut nos homines faceret Dei filios factus est, quod nos sumus ut nos faceres, quod ipse est, particeps nostra humanitatis factus est ut nos divinitatis sue redideret participes, consors factus est vilitatis nostra, ut nos gloria sua consortes redderet. Subiecti se infirmitatibus nostris, quæ iniquitate carent, ut per communem infirmitatem tolleret nostram iniquitatem. Prodiit in hunc mundum Christus nudus, ut nos vestibus innocentia & salutis operaret & induceret: pauper ut aeterni & caelestibus bonis ditaret; humili ut in celum evehoret; flens deniq^z aliorum infantum more, ut lachrymis suis eternam nobis compararet leticiam. Venit ut Lux ad illuminandum, ut medicus ad sanandum ut justus ad justificandum ut ignis ad inflammandum, ut redemptor, ad λύτρον pro peccatu solvendam. O laetum, o exoptatum diem qui tanto nos beneficiorum cumulo beat, tantus perfundit & mactat leticijs! Laetemur & exultemus in eo omnes, pleni hilaritate, pleniori recordatione dulci ejus, qui implevit uterum Mariae, pleni hymnis & gratiarum actione, servatori nostro meritas quas cunq^z licebit, pro tam mansueto agentes pectore. Noacho nato pater ejus Lamechus vehementer letabatur, & concepsi in corde gaudis testes hasce voces promebat; Iste nos consolabitur ab operibus & laboribus manus nostrarum quibus maledivit Dominus Gen 5. 29. Majorem nobis bodiernus Dies laetandi & jubilandi attulit materiam. Corrupta & maledicta haec tenus fuit ob peccatum omnis terra & caro. Sed bodie orbi ostensus; imo datus est verus ille Noachus: Christus in carnem venit qui nos solabitur, qui ex peccatorum vulnera saucius, & fulmine legis prostratus mentibus solidi solatii aquila asperget, pulsus pavere turbatus conscientiis securam pacem & Tranquillitatem restituet, & nos in gratia divina sinu quo per peccatum ejectedi fueramus intercessione sua reponet, & reducat. Exultent ergo omnes in communib^s hisce gaudiis, quæ omnes tangunt, & neminem excludunt. Exultent mares, Christus marem suscepit, Exultent foeminae, Christus de foeminâ natu est. Exultent virgines, virgo peperit Christum: Exultent vi- duæ, infantem Christu vidua Hanna cognovit. Exultent conjuges, Zacha-

rie

et uxor Elisabetha nasciturum Jesum prædixit. Exultent senes, Simeon
decrepitus Christum letu ulnis exceptit & alligavit. Exultent infantes,
quia Salvatorem nostrum in utero Johannes præcursor tripudio miracu-
loso salutavit. Exultet omnis caro quia carnem nostram Christus sibi copula-
vit. Tanta cum sit hodierni diei festivitas, ineffabile sublimitas & di-
gnitas, cum tot beneficium clarus, tot beneficium onustus humano generi il-
luxerit, quid vos. Adolescentes Florentissimi, Cives mei letissimi, dece-
at, quo illum custu, qua reverentia a vobis coli & celebrari oporteat, non
difficili conjectura ipsi potestus assequi. Pius imprimis vacandum medita-
tionibus, Templa & conciones, non popina & taberne, in quibus vino
incalcescit, & vitiis desudascitur, diligenter visitanda verba Ecclesie
cupida aura ad bimba, adbibita in succum & sanguinem, animaque in-
trumentum saluberrimum convertenda, sobrietati, castitati, modestiae
virtutibusq; omnibus studendum, virtutem & delictis quibus hactenus ad-
hesitis, tanquam scortu turpismissim renuntiandum; ut anima purgata
soli Immanuelli, sancto hospiti grata domus & habitatio præparetur. Theo-
dosius Imperator diem hunc sine strepitu peragi sanxit; eundem Leo &
Anthemius voluptatibus impendi, bestiarum lachrymosis spectaculis, vel
Circensis ludis scenis Theatricis aliisque avocamentis ludicris fœdari &
profanari, seyer edixerunt, & transgredientibus pœnam amissionem mi-
litia (cum qua Relegatio nostra Academica convenit) dixerunt & statue-
runt omnes ergo & Singulos serio ac paternè hortamur ac monemus, ut
quod bonos sua sponsos facturos confidimus, divini & humani legibus mo-
rigeri, caveant Natalitiis hujus festi quietem, petulantibus Heluationibus.
scurrilibus discursionibus, beluini & clamoribus turbare & ab omniibus il-
lis abstineant, que ordinem hunc literatorum cōmaculare. Deoq; & ho-
minibus exosum reddere possunt: potius sobri & decentivitatem sedatū ac
compositū ad præscriptum divinum moribus fideliter cultu Dei favorem
& gratiam retinere & conservare amittantur. Secus qui fecerint.
metuant non tam Magistratus oculum et manū vindicem qui fraude ali-
quando eludi potest, quam puelluli Jesu, cui honori hi dies consecrati
sunt. severissimam vindictam in tantâ humilitate omnium sublimitate ma-
joris, quam nunquam effugient fugiant licet ad remotissimos et ultimes
mundi terminos. Cubat quidē hic in fœno, sed qui cū legem traderet, igne
ardebat. Deitatem celat et obvolvit paupertas, sed in celo eam stellæ lo-
quuntur. Vagat hic in præsepi, sed sonat in calix; involvitur fascijs, sed po-
tentier dominatur in nubibus. Tenera hujus pueri manus, orbem rotat par-
vi ocelli illuminant, pedes exigui Tartara calcant, P. P. Rostochij
sub Sivilla Academia 25. Decemb. anno 1636.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734607989/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607989/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734607989/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734607989/phys_0012)

DFG

ſuorum cervicibus depulerunt, vel aliqui eos bearunt: Christus nos acernis extra caeleſtis hereditatem, & universas divitias.

Hinc denique, Utilitatem Nativitat^{is} Iesu Omnia n. illa, quae secum vehit bona, noſtra ſuquid miseriārum & molestia in corpore pertulit mal. eſſe voluit, ut nobis aeternū benē eſſet Filius hominē faceret Dei filios, factus eſt, quod nos ipſe eſt, particeps noſtra humanitatis factus eſt deret participes, consors factus eſt vilitati noſtri ſortes redderet. Subiectus ſe infirmitatibus noſtri ut per communem infirmitatem tolleret noſtrum hunc mundum. Christus nudus, ut nos uestib⁹ iuaret & induceret: pauper, ut eternū & caeleſtib⁹ in cœlum eveharet: flens denique, aliorum infantia eternam nobis compararet læticiam. Venit ut medicus ad sanandum ut justus ad justificandum, ut redemptor, ad λύτρον pro peccatū solvetum diem qui tanto nos beneficiorum cumulo imactat læticys! Lætemur & exultemus in eo omni recordatione dulci ejus, qui implevit uterum gratiarum actione, servatori noſtro meritas quam manuſueto agentes pectore. Noachō nato pater ei lætabatur, & concepi in corde gaudii testes huius consolabitur ab operibus & laboribus manus ledixit Dominus Gen 5. 29. Majorem nobis bodilandi attulit materiam. Corrupta & maledictum omnis terra & caro. Sed hodie orbis ostensio Noashus: Christus in carnem venit qui nos sola vulnere sauciis, & fulmine legis prostratus mente asperget, pulsoque pavere turbatus conscientiis quillitatem restituet, & nos in gratia divina si fueramus interceſſione ſuā reponet, & reducer communib⁹ hiſce gaudiis quae omnes tangunt. Exultent mares, Christus marem ſuscipit, Exultent fœminæ natuſt eſt. Exultent virgines, virgo peperi dñia, infantem Christū vidua Hanna cognovit. Eu-

the scale towards document

Patch Reference numbers on UTR

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

ditione
& regni
ſivit.

are licet.
eſt, quic-
rūtūt, ſibi
tus eſt, ut
rre, quod
iſ ſue reda-
ſue con-
e carent,
Prodiſt in
lutiſ ope-
numiliuſ ſu-
rymī ſuſ
ndum. ut
lamman-
ō exopta-
fundit &
itate, ple-
yminis &
pro tam
bementer
ebat; Iſte
uibus ma-
ndi & ju-
ob pecca-
verus ille
catorum
iſ aquila
& Tran-
um ejeti
omnes in
cludunt.
Christus de-
ſtinent vi-
zachar-
rie




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.